c. Commissio für den Judex et assessor beim Justitiar vom 9. November 1277; RA. n. 31 (Carolus I 1278 D) fol. 112a.

Am Rande: Quod conferat se ad officium iudicatus.

Scriptum est iudici Leonardo de Termulis etc.

Quia de fide et legalitate tua confisi te iudicem et assessorem cum Symone de Bellovidere iustitiario Terre Bari familiari et fideli nostro loco iudicis Yldubrandini de Agnarolis de Florencia, qui erat cum eo, quem pro nostris servitiis ad nostram curiam evocamus, usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum, fidelitati tue firmiter et expresse precipimus, quatenus statim receptis presentibus ad eundem iustitiarium debeas te conferre et ipsius iudicatus officium apud eum diligenter et fideliter debeas exercere. nos enim eidem iustitiario damus per nostras litteras in mandatis, ut te in officio ipso recipiat et retineat et tibi illas expensas, quas dicto precessori tuo de mandato nostro exhibebat, dum secum in servitio ipso fueris, debeat exhibere.)

(Dat. Napoli VIII. novembris VI. ind. [1277]